IO. PETRI MONETÆ MEDIOLANENSIS,

PRESBYTERI CONGREGATIONIS CLERICORVM
Regularium S. Pauli, ſacræ Theologiæ, ac
Iuris vtriuſque Doctoris,

TRACTATVS DE COMMVTATIONIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM.

IN CVIVS PRIORIBVS OCTO CAPITIBVS GENERATIM de commutatione vltimarum voluntatum agitur: in reliquis autem quatuor ſingillatim de totidem eius præcipuis ſpeciebus, nimirum, Derogatione fideicommiſſorum, derogatione qualitatum in beneficij fundatione appoſitarum, mutatione ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum, & ſuppreſſione beneficiorum, fuſius, & apta cum methodo diſputatur.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

CVM SVMMARIIS, AC DVPLICI INDICE, ALTERO Capitum, & Quæſtionum, altero rerum ſingularium locupletiſſimo.

LVGDVNI.
Sumptibus Iacobi Cardon & Petri Cauellat.
M. DC. XXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

SERENISSIMO PRINCIPI MAVRITIO A SABAVDIA, S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO;

IOANNES PETRVS MONETA
Cler. Reg. S. Pauli, *Felicitatem.*

QVI ſua ingenij, quale illud cumque ſit, monimenta edentes, aliorum illa nomini nuncupare volunt, valde in eo elaborare ſolent, vt egregium aliquem, & Clariſſimum virum ſeligant, cui ea dicata in lucem prodeant: quamplurimis ſimul, vnóque ſe adſpectu obiicientibus, quibus tamquam bene de ſe meritis oblato ingenij, ac vigiliarum fructu aliquam grati animi præbeant ſignificationem: plurimis etiam, quorum ab inſcripto tamquam Principum, ampliſſimorúm-

TRACTATVS

DE

COMMVTATIONIBVS

VLTIMARVM VOLVNTATVM.

ECCE tibi, candide Lector, quintus ex tenuitate mea prodit in re legali, Deo duce, & auctore, tractatus. Etenim, cùm ſuperioribus annis de *Decimis* tam ſpiritualibus, quàm Papalibus breuem tractatum ediderimus; cui ſtatim alterum ſimilem ſubiecimus de *Optione canonica*, & paulo pòſt alium prolixiorem de *Diſtributionibus quotidianis*; nuper verò quartum cæteris vberiorem conſcripſerimus de *Conſeruatoribus iudicibus*: nunc pariter in modum tractatus, primi, vt reor, Deo dante, de *Commutationibus vltimarum voluntatum* agere inſtituimus. Vt autem in hac quotidiana, vtiliſque materia apta cum methodo procedamus; & quidem omnino eadem, qua in poſtremo, ac duobus illis prioribus vſi ſumus: tractatum hunc in duodecim ſumma capita diſtribuentes, ea ſingula in proprias, & opportunas quæſtiones diſtinguemus: quas non ad partes, in quo non multum, vt reor, ineſt fructus; ſed decidendo, & iuribus, atque, vbi hæc deſint, frequentioribus Doctorum placitis, vtplurimum adhærentes more noſtro pertractabimus.

Primò igitur videbimus: Quid ſit commutatio vltimarum voluntatum.
Secundò: Quotuplex ſit vltimarum voluntatum commutatio.
Tertiò: Quo iure introducta ſit commutatio vltimæ voluntatis.
Quartò: Quænam vltimæ voluntates commutari poſſint.
Quintò: A quibus valeant commutari vltimæ voluntates.
Sextò: De obſeruandis ab imperante vltimæ voluntatis commutationem.
Septimò: De forma obſeruanda ab ipſo commutante vltimas voluntates.
Octauò: Quanto tempore duret, ſeu, quomodo expiret vltimarum voluntatum commutatio.
Nonò: De fideicommiſſorum derogatione.
Decimò: De derogatione qualitatum appoſitarum in fundatione beneficij.
Vndecimò: De mutatione ſtatus Eccleſiarum, & beneficiorum.
Duodecimò, ac poſtremò: De ſuppreſſione, ſeu extinctione beneficiorum.

INDEX RERUM.

Vota reſeruata Papæ quænam ſint. 119.10

Voti irritatio, diſpenſatio, & commutatio, quæ per defunctum poterat obtineri, an poſſit ab eius herede. 619.411. cum trib. ſeqq.

Votum commutari nequit etiam in æquale ſine cauſa. 355.17. & ſi fiat commutatio, nulla eſt. ibid. 19.

Votum commutari nequit ſine ſuperioris auctoritate in rem, de qua dubitari poteſt, an ſit melior, aut certò conſtet eam eſſe æqualem. 172. 36. & quid, ſi euidens ſit æqualitas, probabilis verò maior bonitas. ibid. 37

Votum de re illicita non obligat. 78.91

Votum emiſſum propter Deum, licèt etiam in fauorem tertij, poteſt à Prælatis Eccleſiæ commutari abſque illius conſenſu. 370.67

Votum eſt promiſſio facta Deo, & ab eo acceptata. 25.42. & quotuplex ſit. ibid. 43

Votum, & iuramentum in multis rebus relaxatur. 118.117. de re verò illicita, aut impediente maius bonum non eget relaxatione. ibid. 118

Votum etiam perſonale, aut mixtum, cuius implementum heredi à teſtatore iniunctum fuit, poteſt ad heredis inſtantiam diſpenſari, & commutari. 621.414

Votum facit eſſe maioris bonitatis rem promiſſam: quæ tamen maior bonitas transfertur in rem ſubrogandam. 172.34

Votum factum principaliter, aut etiam ſecundariò alicui tertio, & ab eo acceptatum à ſolo Papa diſpenſatur, vel commutatur, non autem à Prælatis inferioribus abſque illius tertij cõſenſu. 370.67

Votum ieiunandi ſingulis ſextis ferijs in quæ alia opera poſſit rationabiliter commutari; & an in iis attendendum ſit, vt materia ſubrogata deſeruiat fini intento per illa ieiunia. 625.440

Votum ieiunij à paupere emiſſum in minorem eleemoſynam commutari poteſt quàm emiſſum à diuite. 621.415

Votum in materia voluntaria contra ius naturale nullum eſt, neque commutari poteſt. 104.67

Votum ingreſſus Religionis, aut perpetuæ caſtitatis in quæ opera commutari poſſit. 628. 457. & votum de non contrahendo matrimonium, aut aſſumendo ordine ſacerdotij. ibid. 458

Votum pœnale quibus modis concipi poſſit, 626. 417. & quomodo commutari poſſit, aut debeat ante, vel poſt pœnam incurſam. ibid. 418. & quid, ſi tale votum contineat commodum alicuius perſonæ, vel loci pij. ibid. 419. & ſeq.

Votum quando dicatur fieri pauperi, vel ſoli Deo. 370. 68, & 69

Votum quando poſſit priuata auctoritate in rem euidenter æqualem ab ipſo vouente cõmutari. 172.38

Vouens aliquid facere, vel omittere, ac non petere diſpenſationem, in huius impetratione debet vtramque votum explicare; & quomodo. 450. 106 & 1161.666

Vouens aliquid in honorem Dei poteſt citra ſuperioris auctoritatem illud in euidenter melius commutare. 171.51. licet vtrumque imp̃leri poſſit. 172. 55. & licet illud, quod vouit, cederet in vtilitatem tertij; modò ſpecialem promiſſionem homini ab eo acceptatam non includat. ibid. 55

Vouens rem illicitam poteſt propria auctoritate illam in licitam commutare. 168.22

Vſucapio detrahit iuri gentium, non autem naturali. 56.13

Vſus interpretatur, ac declarat legem, aliamve diſpoſitionem dubiam. 1123.553

Vſus priuilegij poſt renuntiationem non eſt licitus, & antea non eſt neceſſarius, niſi in certis caſibus. 885.720

Vtens diſpenſatione à ſuperiore facta in lege ſui ſuperioris ſine cauſa an peccet. 355. 16. & quid de tali diſpenſatione in lege ſua. 358.31

Vtilitas Eccleſiæ eſt ſufficiens cauſa, vt etiam inuito patrono minui, aut augeri poſſint onera beneficij diminutis, vel auctis eius redditibus. 1605. 382. necnon erectionis Eccleſiæ ſimplicis in Collegiatam, vel parochialem, aut baptiſmalem. ibid. 383. & quid de erectione in Cathedralem vel Metropolitanam, aut diuiſione vnius Epiſcopatus. 1606. 384

Vtilitas euidens æquiparatur neceſſitati. 380.102

Vtilitas euidens publica eſt cauſa ſufficiens commutationis vltimarum voluntatum. 380.101. & trib. ſeqq

Vtilitas priuata aliquando eſt ſufficiens cauſa derogationis fideicommiſſorum. 1155. 646. plerumque verò publica. 1157.647

Vtilitas priuata aliquando ſaltem eſt cauſa ſufficiens commutandi vltimam voluntatem. 381. 105. ac diſpenſandi ſuper impedimentis iure humano matrimonium dirimentibus; & in diſpenſatione, aut commutatione votorum. ibid. 106

Vtilitas priuata eſt cauſa ſufficiens, ob quam aliquando derogatur fideicommiſſis. 1054.553

Vtilitas priuata quando non ſufficiat ad commutationem vltimarum voluntatum. 383.109

Vtilitas publica eſt cauſa, cur introducta fuerit à iure derogatio fideicommiſſorum. 1053. 550. ac derogandi maioratibus, & eorum qualitatibus, ſeu conditionibus. ibid. 552

Vtilitas publica eſt cauſa ſufficiens mutationis ſtatus Eccleſiarum, ac beneficiorum. 1605.381

Vtilitas publica eſt cauſa ſufficiens, vt Papa diſpenſet in matrimonio rato, etiam ad effectum nubendi alteri; & in voto ſolemni Religionis. 380.103

Vtilitas publica eſt ſufficiens cauſa, vt Princeps tollat dominium quæſitum de iure ſiue ciuili, ſiue gentium. 380.104.

Vtilitas publica ſufficit ad mutationem ſtatus Eccleſiæ regularis in ſecularem, ac ſecularis in regularem; necnon ad vnionem Eccleſiarum, ſiue beneficiorum, atque huiuſmodi vnionis diſſolutionem. 1606.385

Finis Indicis rerum ſingularium huius Tractatus.